S Pablo de Burgos 1655

# ACTA

# CAPITVLI PROVINCIA-
## LIS PROVINCIÆ HISPANIÆ ORDI-

nis Prędicatorum, celebrati in Conuentu ſan-
cti Ildephonſi Regalis Taurenſis, Dominica
*Deus qui errantibus*, die 18. Aprilis.
Anno Dñi. 1655.

*SVB R. A. P. N. F. IOANNE ESCVDERO*
*Magiſtro, Vicario Generali, & Prouinciali*
*electo, eiuſdem Prouinciæ.*



VALLIS-OLETI:
Ex Officina Bartolomæi Portoles.
*Vniuerſitatis Typographi, Anno Dñi. M.DC.LV.*

# HAEC SVNT ACTA

## CAPITVLI PROVINCIALIS PROVINCIÆ

Hiſpaniæ Ordinis Prædicatorum, celebrati in Conuẽtu Sancti Ildephonſi Regalis Taurenſis, Dominica *Deus qui errantibus*, die 18. Aprilis. Anno Domini 1655. Sub R.A.P.N. Fr. Ioanne Eſcudero, Magiſtro, Vicario Generali, & Prouinciali electo eiuſdem Prouinciç. Diffinientibus RR.A.PP.NN. Fr. Andrea Carrillo Magiſtro, Priore S. Petri Martyris Regalis Toletani, & quondam Prouinciali. Fr. Petro de Godoy, Magiſtro, Concionatore Regio, Veſpertinç Cathedrç in Vniuerſitate Salmantina Moderatore, & Priore S. Stephani Salmanticenſis. Fr. Martino Cabezon, Magiſtro, & Calificatore Sancti Officij. Fr. Petro de Valbuena, Præſentato, & Priore S. Ildephonſi Regali Taurenſis.

### *Denuntiationes.*

DEnuntiamus in hoc noſtro Capitulo lectum, & admiſſum fuiſſe edictum Sanctæ Inquiſitionis, editum Decimanona Octobris. Anni 1633. & admonemus iterum, quod Priores, & Præſidentes Conuentuum, non tenentur illud notificare Fratribus determinate Feria 6. poſt octauã Aſſumptionis, ſed ſufficit legere quoties in Capitulo, vel Refectorio Acta Capitulorum Prouincialium, & ordinationes perleguntur, provt alias denuntiatum fuit.

Item denuntiamus electum fuiſſe in hoc noſtro Capitulo, in Diffinitorem Capituli Generalis proxime ſequentis, R.P. Fr. Petrum Yañez Magiſtrum, Prædicatorem Regium, & Sanctæ Inquiſitionis Calificatorem.

Item denuntiamus, acceptatas, & admiſſas eſſe in noſtro Capitulo, literas Rmi. P. N. Generalis, Fr. Ioannis Baptiſtæ de Marinis, confirmantes ordenationes Rmi. P. Magiſtri Fr. Thomæ Turco, circa electiones Priorum, tenoris ſequentis.

Nos Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis Sacræ Theologiæ profeſſor, Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & ſeruus.

Iniuncti nobis Generalatus officij ratio poſtulat, vt quæ ſalubriter à prædeceſſoribus noſtris, præcipue in ſancta viſitatione pro diuerſarum Prouinciarũ decore, ac fœlici gubernio ordinata ſunt, inuiolabiliter obſeruari mandemus. Sanè cũ venerabilis P. Fr. Thomas Turcus, prędeceſſor noſter, pro conſeruanda libertate ſtatuta à ſacris Canonibus, in electionibus Priorũ, in Prouincia noſtra Hiſpaniæ ſub die 21. Aprilis 1647. ſanxerit, (adhoc vt Prælatus cui de iure conſtitutionum competit electiones Priorum dirigere, directionis terminos non excedat, ita vt nõ electiones, ſed potius aſſertiones videantur,) vt cum in Conuentibus, præcipue grauioribus Prouinciæ, electiones Priorum Conuentualium fieri contigerit, neminem proponat, vel ſi id grauis neceſsitas poſtulauerit, non minus quam ſex, ſecluſo omni reſpectu humano, odio, vel amore, proponere debeat, irritans quamcumque electionem aliter factam; & quod talis propoſitio ita fiat, vt non ſit cum excluſione aliorum, nec electores ſi alios extranominatos eligãt, perſequi, aut affligere præſumat, memor excommunicationis latæ in cap. *ſciant cuncti*: Quam etiam incurrere voluit Priorem Prouincialem, ſi eo intuitu, licet ſub quocumque palliato prætextu, quempiam à conuentu aſignare, vel ablegare tentauerit.

Inſuper, ſub formali præcepto, ac pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, mandauerit Priori Prouinciali pro tempore præfactę Prouinciæ, vt facta propoſitione ſex, vel plurium, vt ſupra, nullũ ex illis publice, ac priuatim, verbo, ac ſcripto, directe vel indirecte, per ſe, vel per alium, aut alios, aut per quaſcumque interpoſitas perſonas, commendare, aut ſe pro vno magis, quam pro alio declarare præſumat, nec inſinuare vnum illorum cæteris ipſi futurum eſſe gratiorem; cum decreto, quod ſi aliter fieri contigerit, electio ſit nulla & inualida, & confirmator à ſuo officio, vel officijs ſit ipſo facto abſolutus, nec rehabilitari poſsit niſi per Magiſtrum ordinis, vel Capitulum Generale; conſcientiaſque ſingulorum in diẽ Chriſti aggrauauerit, vt qui huius rei conſcij fuerint, aut complices, quam primum Magiſtro ordines manifeſtare teneantur. Quod idem prohibuit Priori Prouinciali in ordine ad electionem ſui ſucceſſoris ſub pœna priuationis graduum, dignitatum, & officiorum, ipſo facto incurrenda.

Prætereà, ad occludendas omnes vias coactioni, & vt electiones liberæ, ac Canonicę vocalibus relinquãtur, ſub eodem formali præcepto, ac cenſura, vt ſupra, mandauit Prouinciali pro tempore præfatæ Prouinciæ, ne admittat oblationes votorum procuret, vel ſolicitet vota, aut ſuffragia ad electiones Priorum, vocalibuſque inhibuit, ne vota ſua, aut ſuffragia ante quancumque electionem faciendam Prælato, vel cuicumque alteri offerant, ſub pœna priuationis vtriuſq; vocis, & omnium gratiarum, ac beneficiorum, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus, ad quæ non niſi per Magiſtrum ordinis reſtitui valeant, & poſsint.

Nos igitur conſiderantes quam per vtile erit præfatę

ſatæ Prouinciæ, prædictas ordinationes in viridi manu tenere obſeruã[?]ia: harum ſerie, ac officij noſtri auctoritate, illas de verbo ad verbum iuxta earum tenorem confirmamus, ac præcepta, cenſuras & pœnas denouo imponimus, ac fulminamus reſpectiue. Sub eiſdem tamen præceptis, cenſura, ac pœnis, comprehendi volumus ſocium, vel ſocios Prouincialis, aut Vicarij Prouinciæ pro tempore. In nomine Patris, & Filij, & Spiritu Sancti Amen. Quibuſcumque, &c. In quorum, &c. Datum Romæ in Conuentu noſtro Sanctę Mariæ ſuper Mineruam, 24. Iulij 1654.

*Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis.*

## ABSOLVTIONES.

ABſoluimus omnes Suppriores, & Vicario Conuẽtuum non habentium Priores, exceptis Supprioribus de Palencia, de Burgos, de Truxillo, de Sãto Thomas de Madrid, de Logroño, de Mombeltran, quia nuper inſtituti ſunt: & Suppriore de Atocha, de las Nauas, de Peñafiel, propter inſtantes electiones, vſque ad electionem, & præſentiam Prioris.

## ACCEPTATIONES.

ACceptamus præſentaturam R.P. Fr. Franciſci Sãchez, lectoris Theologiæ S. Petri Martiris Toletani; & præſentaturam R.P. Fr. Domini Guillen, Lectoris Theologiæ Sanctæ Mariæ de Atocha; & præſenta-

ſentaturam R.P.F.Didaci de Medrano Vicarij Regni Galletię; & titulo Prædicationis, acceptamus pręſentaturam R.P.Fr.Thomæ de Mõterroſo Prioris S.Dominici de Leon.

## CREATIONES.

CReamus in Prædicatores Generales ex ſpeciali commiſsione, & diſpenſatione Rmi.P.N.Generalis, P.Fr.Ildephonſum Gonçalez Priorem Roſſarij de Tordeſillas, pro Conuentu de Ocaña.

P. Fr. Ioannem Perez de Ayala, Prędicatorem S. Petri Martiris de Rioſeco, pro Conuentu de Huete.

Fr.Petrum de Ezguerra, Prædicatorem S.Dominici de Zamora, pro Conuentu de Salamanca.

Fr.Blaſium Duran, Prædicatorem S. Dominici de Huete, pro Conuentu de la Peña de Francia.

## ADMONITIONES.

ADmonemus, quod nullus Fratrum habeat pecunias, vel aliquid præcioſum apud ſeculares perſonas, abſque licentia ſui Prælati; vel alias quomodolibet abſconditum, etiam in domibus noſtris: Quicquid autem contra hanc admonitionem habuerit, ex nunc pro tunc applicamus communitati, etiam in foro conſcientiæ, & iuxta votum paupertatis, ſecũdum modum diſtributionis bonorum defunctorum.

### *Præcepta ad omnes, & ſingulas Perſonas.*

MAndamus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientię, & ſub præcepto formali, omnibus & ſingulis fratribus huius noſtræ Prouinciæ, ſequentia.

Primùm:

*De non ingrediẽdo cellas*

Primùm: ne duo, vel plures fratres ordinis noſtri, ſimul in aliqua cella fratrum huius noſtræ Prouinciæ coexiſtant. Excipimus cellas Priorum, & Magiſtrorũ Nouitiorum, pro ſibi ſubditis: licebit autem ingredi cellas Magiſtrorum huius Prouinciæ, & eorum qui Prouincialatus officio functi fuerint. Denuntiamus, quod cellæ fratrum, poſt notificationem aſsignationum ab illo Conuentu, quandiu in Conuentu commorantur, eodem prorſus præcepto tenentur, quo cellæ aliorum Conuentualium. Et ſimul declaramus, quod ſi ille cuius cellam aliqui fratres ingredi poſſunt, a Conuentu, vel loco in quo Conuentus exiſtit, abſens fuerit, illam pro tunc non gaudere tali priuilegio ſeu licentia. Poterunt autem Patres Priores ſeu Conuentuum Præſidentes, cum ſibi ſubditis diſpenſare, dummodo diſpẽſatio non ſit generalis, aut frequens, quæ poſt vltimum ſignum poſt completorium, nullatenus fiat ſine ſufficienti cauſa, & pro qualibet vice. Ab hoc vero præcepto, non excipiuntur cellæ Conuentuales, quando in eis contingat aliquem fratrem infirmari, niſi à Priore, vel Præſidente Conuentus eſſe cellas infirmariæ declarentur.

*De non ingrediẽdo, curiã Regiam*

Secundum ſub eodem pręcepto mandamus, nequis curiam Regiam ingrediatur, neque eius ſub vrbana, etiam cauſa ſuſcipiendi ſacros ordines, abſque licentia R.A.P.N. Prouincialis. Et ſub eodem pręcepto, nec non ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda vna hac pro trina Canonica ad monitione præmiſſa, nequis in dicta curia, aut eius ſub vrbanis, extra Conuentus noſtri Ordinis, ſine licentia expreſſa R.A.P.N. Prouincialis, per noctet: quod vt infalibiliter executioni mandetur, omnibus R.P. Prioribus, qui nunc, & pro tempore extiterint in

noſtro

noſtro Conuentu S. Mariæ de Atocha, S. Thomæ Matritenſis, Hoſpitij, & Roſſarij, quorum conſcientias in diem Domini aggrauantes, præcipimus, vt quemlibet fratrem, cuiuſcunque ſtatus ſit, & conditionis, quem in prædicta curia, aut in eius ſub vrbanis, ſine ſocio diuagantem repererint, ſtatim apręhendant, & R. P. Priori noſtri Conuentus de Atocha, tradant, qui eos tam in pane, & aqua, quam carcerali cuſtodia ſeuere puniat. Declarantes, omnes hoſpites, cuiuſcunque conditionis ſint, ad ipſum Priorem, ſeu Præſidentem dicti Hoſpitij pertinere, etiam quoad correctionem, & punitionem. Item ſub eodem pręcepto mandamus, nequis in dicta curia, neque in Vallis-Oletana, Pedeſter ambulans, galerum portet, exceptis Procuratoribus Conuentuum.

*De non adeundo Monaſteria Monialium.*

Tertium; nequis adeat Monaſteria Monialium, nec Beatarum, nec aliarum mulierum in vnum congregatarum ſub obedientia viuentium, nec ad earum Eccleſias, ad colloquendum cum ipſis, niſi de licentia Prioris pro qualibet vice, quę licentia in alium diem translata non valeat, nec dari poſsit à ſupprioribus, nec Vicarijs, Prioribus in oppido exiſtentibus.

*De non tractādo dellectione Prioris alterius Conuentus.*

Quartum (vt libertati electionum conſulamus, iuxta decreta ſacrorum canonum, & ordinationum Reuerendiſsimi P. N. Generalis Fr. Thomæ Turco) Præcipimus ſub eodē præcepto omnibus fratribus noſtrę Prouintiæ, nequis tractet, nec ſe intromittat in electione Prioris alicuius Conuentus, verbo, aut ſcripto, per ſe vel per alios, etiam ſi ſit Prior eiuſdem Conuentus in quo electio eſt facienda, & vocem habuerit in electione, vſque dum officium ſuum perfecerit. Et ſub eodem præcepto mandamus, nequis ſuffragium ſuum offerat, nec R. A. P. N. Prouinciali, nec alicui alteri, tam pro

electione Prioris Prouincialis, quam Priorum Conuentualium.

*De numero miſſarum.*

Quintum pręcipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub pręcepto formali, omnibus fratribus noſtræ Prouincię: nequis obligationem Miſſarum aſſumat vltra quinquaginta, ita vt nunquã ſubiaceat obligationi ad maiorem numerum. Et quidquid ſupra talem numerum receperit pro obligatione Miſſarum, ex nunc protunc applicamus communitati in qua habitant, etiam in foro interiori iuxta votum paupertatis, & tunc Conuentus tenebuntur illas celebrare recepto ſtipendio.

*De remitendo ſextas partes defunctorum.*

Sextum: ſub eodem præcepto mandamus, omnibus Patribus Prioribus, ſeu Pręſidentibus Conuentuum, & depoſitarijs, quod ſextampartem bonorum fratris defuncti, remittant infalibiliter ad Patres, à R.A.P.N. Prouinciali deſignandos.

*De non nominãdo titulo Reuerẽtiæ, vel Paternitatis.*

Item ſub eodem pręcepto mandamus, vt nullus frater, alium titulo paternitatis, vel Reuerentiæ nominet nec verbo, nec ſcripto, cui non debetur talis titulus, iuxta conſtitutiones, & ordinationes noſtræ Prouinciæ.

Item ſub eodem præcepto mandamus, nullus frater, veſtimenta interiora induat, niſi prius patri Priori oſtendat materiam, & formam veſtimenti. Et Prioribus præcipimus ſub eodem præcepto, ne permittant talia indumenta, niſi ſint cum modeſtia, & decentia Religioſa.

*De veſtibus interioribus.*

*De non tractando de materia Cõceptionis*

Tandem præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, omnibus & ſingulis noſtrę Prouinciæ frarribus, ac ſororibus, ne verbo, aut ſcripto circa materiam Conceptionis Beatiſsimæ Virginis Mariæ, apud perſonas extra ordinem noſtrum

noſtrum conſtitutas,aliquid proferant,quodvel leuiſſime earum pietatem, & deuotionem erga Sanctiſsimam Virginem impedire poſsit:ſed ad vnguem decreta Summorum Pontificum in ſilentio ſeruando, etiam à non prohibitis circa noſtræ ſententiæ probabilitatẽ penitus abſtineant,nec ex in ordinata, aut minus prudenti locutione,ſummatur ocaſio turbationis,&ſcandali,ſed potius ex religioſo ſilentio, & ex verborum, & actionum modeſtia,reuerentia Religionis, & fidelium ędificatio conſequatur: Quod ſi quis huius præcepti violator extiterit,pœnæ grauioris culpæ, etiam quoad pœnas priuatiuas,& infamiam ſubiaceat, & ſimili pœna plectatur quicumque huiuslegis fractionem cognouerit, & non ſtatim renunciauerit R. A. P. N. Prouinciali.

*Præcepta particularia adſpeciales perſonas.*

Præcipimus in virtute Spiritus Sancti,&ſanctę obedientiæ,& ſub præcepto formali ſequentia.

*Ad quid teneantur fratres depoſitati.*

Primùm,quod fratres depoſitati in hac noſtra Prouincia, ſiue in aliquo ipſius Conuentu (modo ſint ex noſtra,modo ex aliena Prouincia) teneantur ad omnia pręcepta tam Prouinciæ,quam Conuentuũ in quibus ſunt depoſitati,& pro his teneantur tot Miſſas dicere,ac cæteri aſignati,hebdomadam facere,&omnia alia officia exercere,ac ſi vere eſſent aſignati: Declarantes,quód depoſitati in noſtra Prouincia,non habẽt vocem in electione Conuentuum, in quibus ſunt depoſitati.

*De reformatione ſtudiorũ*

Secundùm, ſub eodem præcepto formali mandamus, omnibus fratribus Conuentuum ſtudiorum, ad quos quomodolibet ſtudium attinet, vt nullo modo

omittantur in diebus lectiuis lectiones, conferentiæ, aut concluſiones, nec hora conſueta earum mutetur, nec in illis dentur recreationes; præterquam in vigilia actus maioris, & die immediate ſequenti: & in eadem hebdomada alio die non vaccent ab exercitio ſtudiorum, vllo alio titulo, nec in alia hebdomada concedatur licentia exeundi à Conuentu recreationis cauſa, titulo actus maioris, niſi ſit dies aſſuetus vel feſtiuus: Et in octauis Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, Penthecoſtes, octauoque die ſolemnitatis Corporis Chriſti; & in recreationibus octo dierum ante aduentum, & Quadrageſimam conſuetis; aut ſi forte hora concluſionis, conferentiæ, aut lectionis, ſpecialis occurrat pro totó Conuentu occupatio. Et nomine dierum lectiuorum intelligimus eos in quibus (iuxta diſponédum inferius) patres lectores non tenentur matutinis inter eſſe, & qui modo ex pręcepto vel voto, non ſeruantur à populo, iuxta nouam reformationē. Quod ſi nulla die alicuius hebdomadę, ab exercitio ſtudiorum vaccauerint fratres, in concluſione, & conferentijs cũ eis eiuſdem hebdomadę feria quinta diſpenſamus, præter quã in Aduentu, & Quadrageſima: obſecramuſque R. A. P. N. Prouincialem, vt nullatenus alicui concedat facultatem in iſto præcepto diſpenſandi.

## ORDINATIONES.

*De diſtributione bonorũ defunctorum.*

Ordinamus (Quod alias præceptum eſt) vt bona fratrum defunctorum, ante eorum diſtributionem, à præſidente Conuentus, duobuſque depoſitarijs, aut grauioribus patribus, fideliter omnia, & ſingula in ſcriptis numerentur (vna tantum excepta veſte) & ſic enumerata, in tres æquales partes diuidantur, quarum

vna

vna ſit integre pro anima defuncti, & huius diſpoſitio ad Conuentus per æquales ſpectabit, ad quos, & defunctus pertinebat, ſiue ratione aſsignationis, ſiue filiationis, ſiue prioratus; duæ verò aliæ partes, æqualiter ſpectabunt ad Conuentum cuius erat filius, & in quo erat aſsignatus. Præſidens autē Conuentus in quo frater obijt, nullo modo diſponat de parte ad alium Conuentum attinente, vſque dum ad ſit diſpoſitio, & notitia præſidentis illius Conuentus ad quem illa pars attinet. Quod ſi religioſus non habuerit bona, dicantur pro eo quam primum quinquaginta Miſſæ in ſolidũ.

*De non per noctãdo extra Conuentum*

Item ordinamus ſub pęna quindecim dierum in pane, & aqua (quam prælatus teneatur infligere ſub pœna ſuſpenſionis à ſuo officio) ne vllus frater per noctet extra Conuentum in locis, vbi Conuentum habemus.

*De licētijs itinerandi.*

Item ordinamus, & præcipimus omnibus Prioribus, & Conuentuum præſidentibus, ne fratribus licentiam itinerandi cōcedant vltra ſpatium quatuordecim leucarum, quod & in conſtitutionibus cautum eſt.

*De loco ſocij.*

Item ordinamus, vt ſeruetur decretum de loco ſocij R. A. P. N. Prouincialis, vt hucuſque ſeruatum eſt.

*Confeſſores, procuratores, Vicarij, & parrochi Monialiũ, quot Miſſas celebrare debēt*

Item ordinamus, quod confeſſores, & procuratores Vicarij, & Parrochi Monialium, tres Miſſas celebrent pro Monaſteriorum obligationibus, quas ſi Monaſteria non habuerint, eas pro intentione R. A. P. N. Prouincialis celebrent: ſi verò Conuentus, tot obligationes habuerint, vnam (adminus) qualibet ſeptimana Miſſam, dicant, pro intentione R. A. P. N. Prouincialis, ex his quæ perſonaliter ad eos pertinent; quam Miſſam ex nunc pro tunc, in foro conſcientię in ſolidum applicamus.

*De abſtinentia à carnib⁹*

Item ordinamus, & prioribus, aut præſidentibus Cōuentuum, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, præcipimus,

mus, vt nulli carnium eſum concedant, niſi in die Dominica, feria tertia, & quinta duntaxat cum aliquibus diſpenſetur, dimidia ſaltem parte remanente in Refectorio: In cœna verò, nullus permittatur eſus carnium; nec fiant prioribus conuiuia, niſi vrgenti cauſa, & cum moderatione religioſa: In hoſpitio autem ſilentium infalibiliter obſeruetur.

*Licētiæ aſignationes, inſtitutiones, quando ſunt notificādæ*

Item ordinamus, vt inſtitutiones, aſignationes, licentiæ, & depoſitationes, quæ intra duos menſes à die conceſsionis notificatę non fuerint, ipſo facto ſint nullæ, ſolumque notificentur à præſidente Conuentus, aut de eius licentia, niſi cum frater in via illam receperit.

*De Magiſtris Nouitiorum.*

Item ordinamus, quod Magiſtri Nouitiorum, nec hebdomadam faciant, nec ad illam notentur, & quod locum obtineant immediatum, poſt huius Prouinciæ præſentatos, in domibus, quibus R.A.P.N. Prouinciali, viſum fuerit. Nullus autem de ipſis fiat Nouitiorum Magiſter, in conſulto R. A. P. N. Prouinciali, qui de conſilio patrum zelo, & religione præſtantium, omnes Magiſtros Nouitiorum approbet aſſumendos. Et ex his quicumque tale officium, laudabiliter iudicio R.A. P.N. Prouincialis exercuerint, in perpetuum paternitatis gaudeant titulo. Et quot per decenium tale officium exercuerint, in conuentibus vbi R.A.P.N. Prouincialis decreuerit, in perpetuum maneant diſpenſati ab hebdomada facienda, & à matutinis, niſi in diebus feſtiuis.

*De Depoſitarijs faciēdis.*

Item ordinamus, ne fiant Depoſitarij alicuius Conuentus, niſi de aſſenſu ipſius in publico Capitulo, à quo officio nequeant amoueri niſi de cōſilio patrum: quod ſi contingat Priorem, ex dictis aliquem aſsignare velle, teneatur prius R. A. P. N. Prouinciali manifeſtare, aſsignandum officio fungi Depoſitarij talis Conuētus

Item

Item ordinamus, & mandamus patribus prioribus, ſub pœna abſolutionis ab officio, infalibiliter infligenda, vt librum procuratoris, ſeù communium expenſarum Conuentus, apud ſe non retineant, nec manu propria in eo, quid conſcribant, perſe ipſos procuratoris officium exercentes, niſi coram Depoſitarijs, alijsve duobus fratribus in eorum abſentia, ratiocinia faciant.

*Priores non habeant apud ſe librũ Procuratoris.*

Item ordinamus iuxta decretum Reuerendiſsimi P. N. Generalis, vt ſingulis diebus poſt completoriũ omnes fratres, & ſorores recitent alta voce, & deuote per choros alternando, tertiam partem Roſſarij Beatiſsimæ Virginis Mariæ, ſecundum ordinem myſteriorum.

*De Roſſario recitando.*

Item ordinamus, vt fratres ad audiendas confeſsiones, & contionandum exponi non poſsint, niſi in ſtudijs generalibus, inter quæ Pampilonenſem Vniuerſitatem, & Conuentum Legionenſem comprehendi volumus: Et non approbentur, niſi ad ſit ſaltem vnus ex Theologiæ lectoribus, & ſolum per trienium, quo expleto, iterum examinentur. Excipimus Lectores Artium, qui poſt inſtitutionem examinantur, caſuumque conſcientiæ, qui per quatuor annos completos tale officium compleuerint; & eos, qui per nouem annos licentias, ſeù expoſitiones habuerint, quibus concedimus, vt poſt nouem annos decurſos, quibus gauiſsi approbatione fuerint, queant ſimpliciter exponi. Quod ſi quiſpiam in aliquo Conuentu examinatus, reprobatus fuerit, nec examinetur, nec examinatus approbari queat, niſi tranſactis ſex menſibus: quod ſi contrarium fecerint (vt ſubrectitiam) expoſitionem nullam reddimus, & inanem: Et vt tutius conſulatur conſcientiæ, & miniſterio, prędicti examinatores certiorem reddãt Priorem Conuentus, de examine, & reprobatione ſui ſubditi, eorumque conſcientias in diem Domini agra-

*De examine cõfeſſorũ.*

grauantes iniungimus, vt examen cum ſumma rectitudine peragant, & quod ſemel admiſſum ad examen, approbare, vel reprobare teneantur.

*De modo recipiẽdi Nouitios.*

Item ordinamus, quod in receptione Nouitiorum ad habitum, & profeſsionem, vota fratrum per ſchedulas, vel fauas admittantur, & regulentur à prælato cum aſsiſtentia duorum antiquorum patrũ in Capitulo aſſiſtentium, & in Conuentibus Monialium, cum aſsiſtẽtia Vicarij, vel confeſſoris vbi non fuerit Vicarius, & ſchedulæ regulentur coram Prioriſſa, & ſupprioriſſa, & in earum deffectu corã duabus ſororibus ex antiquioribus Conuentus.

*Supprio res non applicẽt ſibi Miſſas.*

Item ordinamus, quod ſuppriores in ſede vacante, vel quacumque priorum abſentia, non applicent ſibi plures Miſſas, quam quæ eis communiter conferuntur.

*Lectores & Prædicatores, quãdo choro intereſſe debeant*

Item ordinamus, huius noſtrę Prouincię Lectoribus, & prædicatoribus, vt in maioribus Eccleſiæ ſolemnitatibus; in omnibus feſtis Beatiſsimæ V. Mariæ, ſanctorum Apoſtolorum, Euangeliſtarum, quatuorque Eccleſiæ Doctorum, & Sanctorum noſtri Ordinis, matutinis, vtriſque veſperis, Miſſæque maiori omnino interſint: & quod à ſtudijs non vaccent quando prædictæ ſolemnitates in diebus proprijs non celebrantur, exceptis feſtis Annunciationis, & S. Thomæ Aquinatis. Et prælati ſummopere inuigilent in obſeruantia huius ordinationis; ſicut etiam in aſsiſtentia fratrum ad completorium, Salue Regina, & tertiam partem Roſſarij, nullum abvſum permittentes, neque diſpenſationem concedentes abſque legitima cauſa: nec Lectores Artium, qui curſum ſuæ lectionis peregerunt, diſpenſare poſsint patres Priores ab aſsiſtentia chori, poſt primum ſuæ vacaturæ annum completum, niſi de licentia R. A. P. N. Prouincialis.

Item

Item ordinamus, quod patres Lectores Theologiæ huius noſtræ Prouinciæ, Euangelium cantent ad Altare miniſtrando Priori, in feſtis Paſchalibus; Magiſtri verò ſtudentium, & Lectores Artium, miniſtrent Altari in feſtis ſolemnibus, iuxta arbitrium Prioris, verſiculoſque & reſponſoria dicant cum quolibet fratre reſpondente ſibi ſecundum ordinem antiquitatis.

*Lectores quando debeant miniſtrare altari*

Item ordinamus, ſtricte cuſtodiri ordinationem Reuerendiſsimi P. N. Generalis circa ſtudium, & ſtudentes ineptos, quos RR. P. N. Prouincialis a ſtudijs amoueat, & in præcipuis huius noſtræ Prouinciæ Conuentibus occupentur in officijs fratrum conuerſorum, etiã humilium; quibus tamẽ per duos integros annos exercitia ſtudiorum permittantur, vt eorum ignauia manifeſtius innoteſcat, quibus per actis, ſi omnino in habiles inueniantur, repellantur à ſtudijs, ſine recurſu, & ſpe vlterius redeundi: in quo R. A. P. N. Prouincialis conſcientiam, in diem Domini aggrauamus; obſecrantes, vt nullius petitionis interuentu, huic noſtræ ordinationi cædat. Præcipimus, omnibus R. P. Prioribus Conuẽtuum ſtudiorum, ne in diebus lectiuis, lectores nec ſtudentes, extra Conuentum exire permittant, nec etiam prætextu audiendi confeſsiones, niſi grauis vrgeat neceſsitas.

*Circa ſtudiũ, & ſtudẽtes*

Item ordinamus, vt ſumma cura adhibeatur circa receptionem Nouitiorum ad habitum, & profeſsionẽ, ne inepti, & minus habiles, cum magno Religionis diſpendio admittantur; vt ſcilicet, examen ipſorum fiat a tribus patribus examinatoribus iuxta normam noſtrarum conſtitutionum, ſimul exiſtentibus in præſentia prioris, ſeù preſidentis Conuentus.

*Circa receptionẽ Nouitiorum.*

Item ordinamus, & præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, ne quis

*Circa comedias.*

nequis repręſentationibus ſeù comedijs, quæ à publicis hiſtrionibus (qui hoc ex officio habent) fiunt, interſint, niſi in Gapitulis Eccleſiarum, in domibus Epiſcoporum, ſeù Religioſſorum alterius ordinis, aut publicis ſanctorum ſolemnitatibus; & quod prælati, ſeù Conuentuum præſidentes, comedias in domibus noſtris fieri non permittant, etiam ſponte oblatas: Nec fratres eas repræſentent, aut vllo pacto veſtibus vtantur ſecularibus. Admonentes omnes patres Priores, ſeù præſidentes Conuentuum, qui in hoc negligentes fuerint, ab officio abſoluendos fore. Quę ordinatio, & pręceptum, etiam Moniales compræhendit.

*Fratres alienæ Prouinciæ, ſint depoſitati.*

Item ordinamus, vt nullus frater alienę Prouinciæ, in noſtra exiſtens, ſiue de nouo adueniens, aſsignetur, ſed tantum depoſitatus maneat; vnde tenore præſentium ex nunc pro tunc reuocamus, omnes prædictos fratres cuiuſvis ſint Prouinciæ, ab huius noſtrę quibuſlibet Conuentibus in quibus fuerint aſignati, & in eiſdem depoſitamus; qui omnino ſeruabunt leges depoſitatorum ſuperius ſancitas.

*Magiſtri, ſunt Regētes*

Item ordinamus, & declaramus, vt in Conuentibus vbi plures ad ſunt Magiſtri, antiquior eorum ſit Regēs, eo tamen a gymnaſio abſente, Magiſter qui ſuccedit, & ſic ſucceſsiue alij iuxta ſuorum antiquitatem graduum: vbi tamen vnus tantum adeſt, ipſo facto ſit Regens, non obſtante quacumque conſuetudine, ſeù potius corruptela, in contrarium.

*Catedratici Vniuerſitatum.*

Item ordinamus, quod Cathedratici Artium, & Sacræ Theologiæ Vniuerſitatum, omnibus gaudeant priuilegijs, quibus gaudere ſolent huius Prouinciæ Lectores.

*De lectoribus Theologiæ.*

Item ordinamus, vt Lectores Theologiæ, qui per octo annos completos Theologiam legerint, maneāt

ſn perpetuum diſpenſati ab hebdomada facienda, & à matutinis, niſi in ſolemnitatibus, & feſtis, quibus intereſſe tenentur Lectores.

Item ordinamus, quod Moniales noſtræ, adminus per tres annos ſuæ profeſsionis, ſub cura Magiſtrę Nouitiarum perſiſtant, nec niſi ad patres, & cognatos viſitandos exeant, nec à prioriſſa cum eis vllomodo diſpenſetur. *De monialibus ſub cura Magiſtrarum.*

Item, quia frequenter ad Nos, tum parentũ, & propinquorum ſæcularium, tum ipſarum communitatum, tum præcipue Catholicę Maieſtatis Regis noſtri, eiuſqueSenatus de Regni ſtatu, quęrelæ perueniunt de exceſiuis Religioſſarum ſumptibus in ſuorum officiorum miniſterio; ordinamus, & in merito ſanctæ obedientiæ mandamus, quod à prędictis totaliter abſtineant; & ſolum in pertinentibus ad communitatem, & præcipue neceſſarijs, aliquos Religioſos, & moderatos ſumptus facere poſsint: de cuius executione, & obſeruantia diligentem inquiſitionem in viſitationibus, R. A. P. N. Prouincialis adhibeat, & in hoc excedentes ſeuere puniat, declarantes, quod licentiæ vltra præciſſe neceſſarios ſumptus, à nullo concedi poſsit, niſi à R. A. P. N. Prouinciali. *De exceſſiuis ſũptibus monialium*

Item ordinamus, quod Vicarij, aut confeſſores Monialiũ, vulgari lingua traducant omnia, quæ ex his ordinationibus ad eas quomodolibet ſpectant; & ſorores legere teneantur coram toto Conuentu, in diebus quibus perleguntur ordinationes ipſorum Conuentuum. *Vicarij Monialiũ, trãſcribant ordinationes.*

Item ordinamus, quod confeſſores, & procuratores Monialium, earum non ingrediantur Monaſteria, niſi vrgente cauſa adminiſtrandi Sacramenta, & de licentia Vicarij illius Conuentus; quod ſi non ſit Vicarius, duo ingrediantur ſimul, & ſi ad ſit tantum vnus, aſſocietur *De ingreſu Vicariorũ in Monaſteria Monialium.*

cietur prioriſſæ, at ſuppriotiſſæ, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs; & ſtricte præcipimus Prioriſsis, & earum Vicarijs, vt accurate inuigilent de clauſura conſeruanda, ita vt nullo prætextu ingreſus cuiuſuis perſonę permittant; ſimulq; iniungimus, vt quaslibet literas Apoſtolicas obtentas iam, ſiue obtinēdas, à quacūque perſona cuiuſuis qualitatis, aut ſexus, pro Monaſteriorum ingreſſu, R. A. P. N. Prouinciali mittant; declarantes, ipſum præciſſe eſſe prælatum proprium ad quem deſtinantur tales literæ.

*Circa Priores inhabiles*

Item ordinamus, quod infallibiliter obſeruetur ordinatio Reuerēdiſsimi P. N. Generalis Fr. Thomæ Turco, circa Priores inhabiles, obſecrantes R. A. P. N. Prouincialem, quod tam priores quam Suppriores, qui lineis ad carnes vtuntur, à ſuis officijs abſoluat, nec tales ad officia proponat; & alios fratres in hac ſacra cōſtitutione deficientes, ſeuere puniat.

*Circa deuocion ē Sāctiſsimi roſſarij.*

Item ordinamus, quod prædicatores magnam adhibeant curam in promouenda deuotione Beatiſsimæ V. Mariæ, proponendo regulariter in omnibus concionibus, quæ habētur in omnibus Cōuentibus ordinis noſtri, tam virorum quam mulierum, aliquod exemplum, ſeù miraculum ſanctiſsimi Roſſarij; quod infallibiliter exequatur ſub pœna abſolutiones à ſuis officijs. Et patres Priores quotanis viſitent, & promoueant ſodalitates ſanctiſsimi Roſſarij, & vbi non fuerint ſitæ, de nouo fundent, ſub pœna ſuſpenſionis à ſuis officijs per ſex menſes.

*Circa ordinationes cōuentuū.*

Item ordinamus, & præcipimus, vt ordinationes Cōuentuum factæ in viſitationibus obſeruentur, quas ex nunc pro tunc confirmamus, ordinationes, vt ordinationes, & præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, quod præcep-

ta

ta facta in viſitationibus ſeruentur, vt præcepta.

Ordinamus inſuper, & vt Prouinciæ ſumptus minuã tur, præcipimus in virtute Spiritus Sãcti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, necnon ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, vna hac pro trina canonica monitione præmiſſa, omnibus prioribus, ſeù præſidentibus Conuentuum, & etiam Vicarijs, & procuratoribus Monialium, ac ipſis priorisſis, quod pars cuilibet Conuentui pro ſubſidio, & contributionibus, in ſpecie & quantitate pecuniæ deſinari ſolita, infallibiliter ſoluatur mẽſe Ianuarij Anni Dñi. 1656. & 1657. & remittatur PP. Procuratoribus Generalibus Matriti, & Vallis-Oleti.

*Circa ſubſidia & contributiones.*

Item ſub eodem præcepto, & cenſura mẽdamus omnibus prioribus, ſeù præſidentibus Conuentuum, procuratoribus, & priorisſis Monialium, quod ſi tota, vel aliqua pars pecuniæ illis conſignata, tam pro ſubſidio, & contributionibus, quam pro noua impoſitione, ſoluta non fuerit, infallibiliter poſt menſem à notitia præſentium remittatur patribus procuratoribus Generalibus.

Item ordinamus, vt omnino obſeruetur ordinatio de conſilijs ſcripturæ mandandis per notarium in quouis Conuentu deputatum.

*De conſilijs, ſcripturæ mandandis.*

Item ordinamus, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs infallibiliter infligenda PP. Prioribus, ſeu Conuentuum Præſidentibus, quod ſextam partem bonorum cuiuslibet fratris defuncti, remittant P. Fr. Ioanni Martinez Cote, in Conuentu Salmantino, P. Fr. Ioanni Lopez de Prado Prædicatori Generali, in Conuentu Vallis-Oletano, P. Fr. Martino de Palacios, in Conuentu S. Thomæ Matritenſis commorantibus; & inuentaria, & partitiones dictorum bonorum, aſſeruentur in depoſito

*Cui remittenda ſit ſexta pars bonorũ defuncti.*

poſito communi, vt præſententur in viſitationibus, R. A.P.N. Prouinciali.

*De ſcrutinio à Priore faciendo*

Item ordinamus, vt omnino obſeruetur conſtitutio, quod fratres quouis anno ſemel ſaltẽ, omnia prælatus manifeſtent, quæ ad vſum habent, & de ſcrutinio à Priore faciendo cum duobus grauioribus patribus; & continuo Priores inuigilent vt forma ac decentia ſtatus Religioſi, ſeruetur vniformiter ab omnibus fratribus noſtrę Prouinciæ, tam in capitis tonſura, quam in materia, & forma veſtiũ, à quo maximè bonus odor Religionis pendet, & ſæcularium ædificatio: In quo, ſi negligentes fuerint, abuſus permittendo, tàm eos, quã ſubditos tranſgreſſores, ſeuere puniat in viſitationibus Conuentuum, R.A.P.N. Prouincialis.

*De veſtuario.*

Inſuper ordinamus, & mandamus ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, tam Prioribus, quam Conuentuum Prędentibus, vt quo tanis omnibus fratribus prouideant, de maxime neceſſarijs indumentis, ſaltem de calceis, caligis, & tunicellis laneis in propria ſpecie; & quod afferant teſtimonia ad capitulum iuxta ordinationem Reuerendiſsimi P.N. Generalis.

Præcipimus vlterius omnibus ſupprioribus, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, vt has noſtras ordinationes quater in anno faciat legere, aut in publico Capitulo, aut Refectorio, omnibus illuc conuenientibus fratribus.

## *De Lectoribus caſuum conſcientiæ.*

CONcedimus, huiuſmodi lectoribus caſuum, vt Patres à conſilijs ſint, Lectores menſę corrigant, vt à Choro diſpenſentur diebus quibus concluſiones, ſeu caſus concientiæ coram Conuentu ventilantur, quod infallibiliter fiat bis ſaltem in ſeptimana, & in

in Conuentibus,qui non viuunt ex elemoſynis,omnibus diebus quibus habetur concluſio in domibus ſtudiorum;& rogamus R.A.P.N.Prouincialem, vt ſeuere puniat Priores,ac Lectores in hac ordinatione deficientes: alijs autem diebus,à matutinis ſolum, niſi in feſtis duplicibus,& ſupra,& quæ à populo ex precepto vel voto ſeruantur,diſpenſati ſint:& quod non mittantur ad petendas eleemoſynas extra opida in quibus commorantur.In reliquis autem obedientijs, ſe ſicut alij fratres gerant,hebdomadam faciant, & in tabula notentur ad illam.

*Inſtitutiones Lectorum caſuum conſcientiæ.*

IN Lectorem S. Dominici de Zamora, Fr. Philippum de Peñalua,ex Conuentu de Valuerde.

In Lectorem de Medina del Campo, Fr. Franciſcum Caruajal,ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Benauente, Fr. Gaſparum Calderon,ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Vitoria,Fr.Melchiorem de Yzunza,ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Peñafiel, Fr. Philippum de las Heras,ex Conuentu de Lerma.

In Lectorem de Huete,Fr.Balthaſarem Martin, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Tordeſillas,Fr.Franciſcum Arthacho,ex Conuentu de Rioſeco.

In Lectorem de la Peña de Francia, Fr. Didacum Nicolas,ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Guadalaxara,Fr.Gaſparum de Molina,ex eodem Conuentu.

In Lectorem S.Thelmi de S.Sebaſtian,Fr.Ioannem

de

de Mendoza, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Aſtorga, Fr. Thomam Ramos, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Rioſeco, Fr. Ioannem de Cabrera, ex Conuentu de Ciſneros.

In Lectorem de Carrion, Fr. Ludouicum Fernandez, ex Conuentu de Segouia.

In Lectorem de Yepes, Fr. Antonium Cantudo, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Aranda, Fr. Matheum Calderon, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Ocaña, Fr. Ildephonſum de Carcaba, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Alcala, Fr. Hieronymum de Buſtamante, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Talabera, Fr. Franciſcum de Henebra, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Villa-Eſcuſa, Fr. Emanuelem Sanchez, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Caceres, Fr. Ludouicum de Cardenas, ex eodem Conuentu.

In Lectorem Sanctæ Catharinæ de la Vera, Fr. Antonium de Azebedo, ex Conuentu de Villalpando.

In Lectorem del Roſario de Madrid, Fr. Lucã Loarte, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Soria, Fr. Emanuelem de Santillana, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Merida, Fr. Hiacinthum Blanco, ex Conuentu de Truxillo.

Pro Conuentibus Regni Galleciæ, prouideat R. P. Vicarius Regni.

## *Inſtitutiones Vicariorum.*

IN Vicarium Regni Galleciæ, inſtituimus R. P. Præſentatum Fr. Didacum Medrano, priorem S. Dominici de Lugo, cum omnibus gratis, & priuilegijs, ſecundum noſtras conſtitutiones conceſsis.

In Vicarium S. Petri Dominarum, ſub titulo prioris, Fr. Ioannem de la Llaue ex eodem Conuentu.

In Vicarium S. Raymundi de Potes ſub titulo Prioris, Fr. Dominicum Perez de la Sierra, ex eodem Conuentu.

In Vicarium S. Ildephonſi de Camino, ſub titulo Prioris Fr. Dominicum Gomez, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Vilbao, ſub titulo Prioris, Fr. Antonium Eſteuan, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de las Caldas, Fr. Didacum de Huerta ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Aldeanueua, Fr. Ioannem de Llano, ex Conuentu de Toledo.

In Vicarium de Olmedo, Fr. Franciſcum Hidalgo, ex Conuentu de Salamanca.

In Vicarium de Beluis, Fr. Franciſcum Gomez, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Bejar, Fr. Clementem de Lerma, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Orellana, Fr. Ioannem Martinez, ex eodem Conuentu.

## *Inſtitutiones Suppriorum.*

IN Suppriorem de Segouia, Fr. Dominicum Aluarez Caruallo, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Zamora, Fr. Petrum Garcia, ex Conuentu de Carrion.

In Suppriorem deToledo, Fr. Hiacinthum Reuexo ex eodem conuentu.

In Suppriorem de CiudadRodrigo, Fr. Ildephonſum Ramos, ex Conuentu de Rioſeco.

In Suppriorem deMedina delCampo, Fr. Thomam de Cortazar, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Eſtella, fr. Ioſeph Zaballos, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Benauente, fr. Ioſeph de Ybarra, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Toro, fr. Michaelem de Ortega, ex conuentu de Medina.

In Suppriorem de Sangueſa, fr. HiacinthumManurga, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Huete, fr. Didacum Lara, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Nieua, fr. Ioannem Lancha, ex conuentu de Segouia.

In Suppriorem deLeon, fr. AntoniumGarcia, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Villalon, fr. Hiacinthum de la Roça, ex eodem conuentu.

In Suppriorem del Roſario del Roſario deTudela, fr. Ioannem de Paternina, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Valencia de D. Iuan, fr. D*ominicum* Fernandez, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Tordeſillas, fr. Ioſeph Iordan, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Roxas, fr. Didacum Lopez, ex conuentu de Villa-Eſcuſa.

in Suppriorem de Victoria, fr. PetrumYraora, ex eodem conuentu.

in Suppriorem de Palacios, fr. Dominicum Peñaſco



ex

ex conuentu de Aſtorga.

in Suppriorem de Villa-Eſcuſa, fr. Yldephonſum Cortecedo, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de Ciſneros, Fr. Petrum del Barco, ex Conuentu de Guadalaxara.

In Suppriorem de Plaſencia, Fr. Martinum de Pereyra, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Auila, Fr. Ioanuem Palomar, ex eudem Conuentu.

In Suppriorem de Villada, Fr. Franciſcum Martinez, ex eodem Couuentu.

In Suppriorem de la Vera, Fr. Chriſtophorum Maroto, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Tabara, Fr. Ioſephum de Quintana, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Carboneras, Fr. Ioannem de Cueuas, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Guadalaxara, Fr. Didacum Sanchez, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Trianos, Fr. Ioſeph Gutierrez, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Talabera, Fr. Franciſcum del Pozo, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Ouiedo, Fr. Alexandro de Balbuena, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Piedrahita, Fr. Petrum Calama, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem de Caceres, fr. Auguſtinum de Arce, ex conuentu de Villalon.

In Suppriorem de Galiſteo, fr. Didacum Contreras, ex eodem conuentu.

In Suppriorem de S. Sebaſtian, fr. Michaelem de Goycochea, ex eodem connentu.

D 2 In

In Suppriorem de Hita, fr. Emanuelem Perez, ex eodem conuentu.
In Suppriorem de Cifuentes, fr. Emenuelem Suarez ex eodem conuentu.
In Suppriorem de Aranda, fr. Franciſcum Sagardi, ex eodem conuentu.
In Suppriorem de Rioſeco, fr. Vicentium de la Cruz ex conuentu de Peñafiel.
In Suppriorem de Mayorga, fr. Benedictum Palenciano, ex eodem conuentu.
In Suppriorem de Soria, fr. Petrum Miguel, ex Conuentu de Tordeſillas.
In Suppriorem de Alcala, fr. Franciſcum Martinez, ex eodem conuentu.
In Suppriorem de Villalpando, fr. Ioannem Fernãdez, ex eodem conuentu.
In Suppriorem de Merida, fr. Andream Yzquierdo, ex conuentu de Carceres.
In Suppriorem de Yepes, fr. Franciſcum de Auila, ex conuentu de Leon.
In Suppriorem de Azpeitia, fr. Didacum Xiron, ex conuentu de Nieua.
In Suppriorem de Madrilexos, fr. Martinum Garcia ex conuentu de Ocaña.
In Suppriorem de Santillana, fr. Franciſcum Calua, ex eodem conuentu.
In Suppriorem de Baluerde, fr. Laurentium de Caſtro, ex eodem conuentu.
In Suppriorem del Roſario de Madrid, fr. Thomam de Fonſeca, ex eodem conuentu.
In Suppriorem de Saelizes, fr. Ioannem Garcia, ex conuentu de la Peña de Francia.
In Suppriorem de Aſtorga, fr. Chriſtophorum Sanchez

chez, ex conuentu de Cuenca.

Yn ſuppriorem de Pamplona, fr. Petrum de Ynza, ex eodem conuentu.

Yn ſuppriorem de Cuenca, fr. Franciſcum de Valēcia, ex eodem conuentu.

Yn ſuppriorem de Ocaña, fr. Emanuelem Garcia, ex eodem conuentu.

Yn ſuppriorem de Carrion, fr. Gabrielem de Buendia, ex conuentu de Atocha.

Yn ſuppriorem de la Peña de Francia, fr. Mathæum Martinez, ex conuentu de Guadalaxara.

Yn ſuppriorem de Peñafiel, fr. Ioſeph Gomez, ex conuentu de S. Sebaſtian, poſt electionem, & confirmationem Prioris.

Pro conuentibus Regni Galleciæ, prouidebit R. P. Vicarius Regni.

*Confeſſores, & Procuratores Monialium.*

¶ In conuentu S. Dominici Regalis Matritenſis, in confeſſores, Fr. Franciſcum de la Concha, F. Chriſtophorum de la Torre, ex conuentu de Salamanca, F. Hyacinthum de Montemayor, ex conuentu de Toro, in procuratorem, Fr. Laurentium Yzquierdo, ex eodē conuentu.

In conuentu S. Catharinæ Matritenſis, in confeſſorem, fr. Antonium de Salazar, ex conuentu S. Dominici de Madrid; in procuratorem, Fr. Auguſtinum de Medina, ex eodem conuentu.

In conuentu S. Dominici Regalis de Toledo, in cōfeſſores, Fr. Ioannem Ximenez, ex conuentu de la Vera, fr. Ioannem de la Carrera, ex conuentu de Valladolid, in Procuratorem, fr. Ioannem de la Plaza, ex eodem conuentu.

In Conuentu Ieſus Mariæ de Toledo, prouideat R. P. Prio-

P. Prior de Toledo pro tempore.

In Conuentu MatrisDei de Toledo, in confeſſorẽ, Fr. Gundiſaluum Serrano, ex eodem Cõuentu: in procuratorem, Fr. Nicolaum Aguado, ex Conuentu de Zamora.

In Conuentu de Calaruega, in confeſſorem, Fr. Didacum Camargo, ex Conuentu de Rioſeco: in Parrochum, Fr. Marcum de Acuña, ex Conuentu de Aldeanueua: in procuratorem F. Sebaſtianum Diaz, ex eodem Conuentu.

In Conuentu S. Spiritus de Toro, in confeſſorem, F. Hyacinthum Tabladillo: in procuratorem Fr. Petrum Lopez de Sarria, ex eodem Conuentu.

In Conuentu S. Spiritus de Benauente, in confeſſorem, & procuratorem, Fr. Ioannem de Huerta, ex conuentu de Valladolid.

In conuentu de AldeaNueua, in confeſſorem, Fr. Martinum Gomez de Caſaſola, ex conuentu de la Peña de Francia: in procuratorem, Fr. Sebaſtianum Bañuelos, ex conuentu de Tordeſillas: in Parrochum, Fr. Antonium de Olmedo, ex conuentu de Santa Catalina de Madrid.

In conuentu de Mazote, in confeſſorem fr. Antoniũ Ambux; in procuratorem, fr. Georgium de Buendia, ex eodem conuentu.

In conuentu Sanctæ Catharinæ de Valladolid, in procuratorem, Fr. Auguſtinum de Loſſa, ex eodẽ conuentu.

In conuentu de la Penitencia de Valladolid, in cõfeſſorem, & procuratorem, fr. Matheum Gutierrez, ex eodem conuentu.

In conuentu de la Caſa de la Reyna, in Confeſſorem, fr. Blaſium de Eſpinoſa: in procuratorem, fr. Emanuelem

nuelem de Amaya, ex conuentu de Logroño.

In conuentu Pietatis de Palencia, in confeſſorem, & procuratorem, fr. Antonium de Perales, ex eodem cõuentu.

In conuentu Regali de Medina del Campo, in confeſſorem, fr. Andream Gonçalez, ex eodem conuentu: in procuratorem fr. Hyacinthum Carrion, ex conuentu de la Caſa de la Reyna.

In conuentu S. Dominici Regalis de Segouia, in cõfeſſorem, & procuratorem, fr. Dominicum Fernandez, ex eodem conuentu.

In conuentu Sanctæ Catharinæ de Alcala, in confeſſorem, & procuratorem, fr. Thomam Perez, ex eodem conuentu.

In conuentu Sanctæ Catharinæ de Ocaña, in procuratorem fr. Ioannem de Llanos, ex eodem conuentu.

Yn conuentu de Villamayor, in confeſſorem, & procuratorem, fr. Franciſcum de Lorca, ex eodẽ conuentu

Yn conuentu de Belmonte, in confeſſorem fr. Bartholomæum de SanctoThomas, ex conuentu de Cuẽca: in procuratorem, fr. Mathęum Corres, ex eodem conuentu.

Yn conuentu Incarnationis de Plaſencia, in confeſſorem, & procuratorem, prouideat R.P. Prior Placentinus.

Yn conuentu S. Ioannis de Quixana, Lequeytio, & Hermua, prouideat R.P. Prior Victorienſis pro tẽpore

Pro conuentibus Regni Galleciæ, prouideat R. P. Vicarius Regni.

Omnibus autem fratribus, hic nominatis in Supprio- res, confeſſores, & Procuratores Monialium, Vicarios, Lectores caſuum conſcientię, & in alia quæcumque officia, præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ

obe-

obedientię,&ſub præcepto formali,quod intra mēſem à notitia præſentium , ſe præſentent conuentibus , ſeù Monaſterijs,quibus deſignantur,vt ſua exequantur officia: Vicarijs autem,& confeſſoribus,Procuratoribus, Parrochis,nunc in eiſdem commorantibus,mādamus, vt inde non recedant , vſque dum eorum ſucceſſores præſentes fuerint,& tunc ad conuentus , in quibus ſunt aſsignati reuertantur.

*Nomina defunctorum, qui à præcedenti Congregatione obierunt.*

¶ In conuentu S.Pauli Palentini,Fr. Antonius de Solis,S.P.A.

Yn conuentu S.Petri Martyris Regalis Toletani,fr. Vincentius Gonçalez , S.P.A. Fr. Antonius de Antequera, Præſentatus cum opinione virtutis.

Yn conuentu S.Pauli Burgenſis,fr.Ioannes Alonſo, S.P.A.F.Michael Maduri,S.Fr. Didacus de Buſtamāte,S.Fr.~~Ioannes Gonçalez Accolytus.~~

fr dominicus martinez acolitus

Yn conuentu S.Stephani Salmanticenſis,Fr.Ferdinandus de Chaues,S.P.A.F.Ioānes Fernādez,S.P.A. Fr.Gundiſaluus Doualle Magiſter,Fr.Franciſcus de la Vaſtida,S.P. A. cum opinione virtutis; fr. Franciſcus Rodriguez,S.P. A. Fr. Ioannes Lorenço, Laycus, Fr. Martinus Michel,prædicator Generalis: Fr.Gabriel de S.Ioſeph,Subdiaconus.

Yn conuentu S. Dominici Legionenſis, fr. Ioſeph Vela,S.P.A.& quidam Nouitius.

Yn conuentu S.Dominici de Eſtella , fr. Franciſcus Olgado,S.P.A.

Yn conuentu S.Pauli Vallis-Oletani, fr. Ildephonſus de la Madera,præſentatus,& prædicator generalis, Fr.Ferdinandus de Hermoſa,S.P.A.Fr. Ludouicus de Aguilera,S.P.A.Fr.Ioannes de Torreblanca Præſentatus,

tatus, & prædicator generalis, centenarius, Fr. Ioannes Gonçalez, S.P.A. Fr. Petrus Gonçalez S.P.A. Fr. Antonius de Monte Rubio, S. P. A.

Yn conuentu S. Dominici Benauentani, Fr. Dominicus Vigil, S. P. A. Fr. Iulianus de ſancto Domingo, Laicus.

Yn conuentu S. Dominici de Victoria, fr. Antonius de Euia, Prædicator conuentus, S.P.A.

In Conuentu S. Ildefonſi Taurenſis, fr. Hiacinthus Garcia, S. P. A. Fr. Ioannes Luis de Vmbria, Lector Theologiæ, fr. Ferdinandus Lopez, Laicus.

In Conuentu S. Domini de Pontebedra; fr. Hiacinthus de Nobia. M. & Prędicator Generalis; fr. Ildefonſus Lopez, S.P.A.

In Conuentu S. Dominici de Piedrahita, fr. Ioannes de S. Aguſtin, Laicus; fr. Franciſcus del Nogal. S.

In Conuentu S. Mariæ Regalis de Nieua, fr. Petrus Rodriguez, S.P.A. fr. Lucas Labajos Laicus.

In Conuentu S. Dominici de Huete, fr. Ioannes Cano, S.P.A. cum opinione virtutis: fr. Antonius Rodriguez S.P.A. fr. Ioannes de Burgos, S.P.A. fr. Franciſcus Manuel, Præſentatus, & prædicator Generalis, octogenarius.

In Conuentu de Balbuena de Logroño, fr. Didacus Peredo, S.

In Conuentu S. Dominici de Valencia de D. Iuan, fr. Ioannes Ruiz, ſupprior Conuentus.

In Conuentu de Roxas, fr. Antonius Martinez, Laicus.

In Conuentu de la Peña de Francia, fr. Clemens de Texedo, laicus, ſeptugenarius; fr. Petrus de Manzaneda, S. fr. Martinus Sanchez, S.P.A. fr. Didacus de la Cadena, laicus.

In Conuentu Incarnationis de Truxillo, fr. Andreas Alonſo, laicus.

In Conuentu S. Vincentij de Plaſencia, fr. Ludouicus de Eſpaña, y Moncada, Magiſter, & Prior Conuentus.

In Conuentu S. Thomę Regalis Abulenſis, fr. Barnabas Yzquierdo, S.P.A.

In Conuentu de Galiſteo, fr. Ioannes de Monſorte, S.P.A.

In Conuentu pietatis de Villada, fr. Didacus Enriquez, Prior conuentus, fr. Petrus de Corral, S.P.A.

In Conuentu de Carboneras, fr. Antonius de Mendoza, laicus.

In Conuentu de Mombeltran, fr. Ioannes Prieto, S.

In Conuentu S. Mariæ Regalis de Trianos, fr. Didacus de Quebedo, Lector Theologiæ.

In Conuentu de Tudela, fr. Martinus Rodriguez, S.P.A.

In Conuentu de Caceres, fr. Franciſcus de Molina, S.P.A. fr. Franciſcus Laſſo, S.P.A.

In Conuentu de Atocha, fr. Thomas Brabo, Magiſter; fr. Vincentius de Mora, S.P.A. cum opinione virtutis, fr. Dominicus de Orduña, S.P.A. fr. Ioannes Garcia Pachon, S.P.A. fr. Ildefonſus Garcia de Nicolas, laicus

In Conuentu de Valuerde, fr. Hiacinthus de Saauedra, S. fr. Raymundus de Naua, S.P.A. fr. Philippus Duerio, S.

In Conuentu de S. Sebaſtian, fr. Bartholomæus Zaballos, S.P.A. fr. Ioannes Martinez de Arizeta, S.P.A. cum opinione virtutis, & magnæ patientiæ exemplo; fr. Michael de Gaona, S.p.A. fr. Didacus de peredo, S. fr. Ioannes de Santa Maria, S.p.A. cum opinione virtutis.

In

In Conuentu de Villa-Eſcuſa, fr. Dominicus de Soto, S.P.A. fr. Ildefonſus Gaſco, S.p.A.

In Conuentu de Aranda, fr. Ioannes Gonçalez, S.p.A. fr. Ambroſius Calama, S.

In Conuentu Matris Dei de Alcala, fr. Petrus de la Rea, prior Conuentus, fr. Franciſcus de Cueuas, S.p.A.

In Conuentu de Betanzos, fr. Hiacinthus Aluarez, Supprior Conuentus: fr. Stephanus de Vlloa, S.p.A.

In Conuentu de Madrilejos, fr. Ildefonſos Rodriguez, laicus.

In Conuentu de Monforte, fr. Ramirus de Montes, S.p.A.

In Conuentu de Merida, fr. Ignacius Moran, S.

~~In Conuentu de Merida, fr. Ignacius Moran, S.~~

In Conuentu S. Thomæ de Madrid, fr. Franciſcus Turcio, Magiſter, fr. Ioannes de Loſſa, S.

In Conuentu de Orenſe, fr. Simõ del Roſario, laicus.

In Conuentu de Tudela, fr. Martinus Rodriguez, S.

In Conuentu S. Dominici de Soria, fr. Ioannes Moreno, S.p.A.

In Conuentu de Medina, fr. Dominicus de S. Pablo laicus.

*Nomina ſororum, quæ à præcedenti Congregatione obierunt.*

IN Conuentu S. Dominici Regalis de Madrid, ſoror Paula de Mendoça, ſoror Geronima de Gamboa.

In Conuentu S. Dominici Regalis de Toledo, ſoror Ana de Padilla, ſoror Eugenia de S. Aguſtin, laica, cum opinione virtutis: ſoror Ioanna de Ayala, nonagenaria, cum opinione virtutis, ſoror Maria de S. Pablo, cum opinione virtutis.

In Conuentu de la Real de Medina, ſoror Iacintha

del Roſario:ſoror Luiſa del Nacimiento:fr.Paulus Nieto,S.p.A.& Confeſſor Conuentus.

In Conuentu S.Dominici de Segouia, ſoror Eliſabeth,de Bonifaz.

In Conuentu Dominarum de Salamanca,ſoror Eliſabeth de Arroyo,cum opinione virtutis:ſoror Antonia de Parada:ſoror Antonia de Magallanes,cum opinione virtutis:ſoror Ioanna Bernal,laica,cum opinione virtutis.

In Conuentu Dominarum de Zamora,ſoror Antonia de Magallanes,cum opinione virtutis.

In Conuentu Matris Dei de Toledo,ſoror Eugenia Baptiſta,ſoror Franciſca Baptiſta.

In Conuentu de Aldea Nueua,ſoror Maria de Santa Tereſſa:ſoror Maria de S.Lorenço,laica:ſoror Maria de Santiago,cum opinione virtutis:ſoror Maria de Santa Margarita de los Llanos,cum opinione virtutis.

In Conuentu S.Spiritus de Toro, ſoror Agnes de Oyos,ſoror Mariana de Porrocarrero.

In Conuentu Pietatis de Palencia,ſoror Cathalina Pinto:ſoror Maria Antonia de la Rua.

In Conuentu Sanctæ Catharinæ de Madrid, ſoror Ana de Caſtro:ſoror Eugenia de Acuña.

In Conuentu Sanctę Catharinæ de Alcala, ſoror Ioanna de la Cruz,laica cum opinione virtutis.

In Conuentu de la Caſa de la Reyna,ſoror Margarita de la Cruz.

In Cōuentu Incarnationis de Plaſencia,ſoror Ioanna de la Cruz,cum opinione virtutis.

In Conuentu Matris Dei,de Valladolid,ſoror Ambroſia de Bibanco,ſupprioriſſa,ſoror Maria Tila,y Ortega.

In Conuentu de la Penitencia de Valladolid,ſoror

Ilde-

Ildephonſa de la Viſitacion.

In conuentu Portæcœli de Valladolid, ſoror Maria del Sacramento laica, cum opinione virtutis, & miræ pacientiæ exemplo.

In conuentu de Olmedo, ſoror Ana de Sancto Domingo: ſoror Ana de Hermoſa.

In conuentu S. Spiritus de Benauente, ſoror Catharina de Leon, ſuppriorifſa, ſoror Manuela Corral, ſoror Thomaſa Garcia, laica.

In conuentu de Orellana, ſoror Maria de los Angeles, ſoror Maria de la Trinidad.

In conuentu de Beluis de Santiago, ſoror Angela Bermudez prioriſſa, ſoror Antonia de Loſſada, ſoror Ana de Lobera.

In conuentu de Belmonte, ſoror Maria Magdalena, octogenaria: ſoror Ana de Tunes: ſoror Beatriz de Portocarrero, nonagenaria.

In conuentu ſanctę Catharinæ de Ocaña, ſoror Maria Manuel, y Pantoxa.

In conuentu de la Noua de Lugo, ſoror Maria de Balboa, ſoror Maria de Balcarce, ſoror Agnes de Somoza.

In conuentu S. Michaelis de Truxillo, ſoror Franciſca del Nacimiento, centum & decem annorum.

In conuentu de Valdeflores de Viuero, ſoror Beatriz Maldonado, nonagenaria.

In conuentu de Villamayor, ſoror Ioanna del Eſpiritu Sancto, cum magna opinione virtutis, quæ abſque labe peccati mortalis, totam vitam innoxiam duxit, horamque ſuę mortis prædixit, ſoror Maria Egipciaca, Laica.

In conuentu de S. Sebaſtian el Antiguo, ſoror Magdalena de S. Aguſtin, y Yrunza: ſoror Franciſca de Sena,

na,

na, ſoror Maria de Ieſus, Laica.

In conuentu S. Anæ de Beluis, ſoror Maria de Ieſus, octogenaria, ſoror Catharina de S. Antonio, ſoror Ioanna de la Cruz.

In conuẽtu S. Petri Martiris de Mayorga, ſoror Ioã-na de Quiñones.

In conuentu S. Crucis de Victoria, ſoror Maria de S. Martin, cum opinione virtutis, ſoror Mariana de la Eſperança, y Sarria, ſoror Magdalena Troconiz.

In conuentu de Hermua, ſoror Ioanna del Eſpiritu Sancto, ſeptuagenaria, cum magna opinione virtutis.

In conuentu S. Blaſij de Lerma, ſoror Franciſca de Arce.

In conuentu de Lequeitio, ſoror Geronima de Santo Domingo, ſoror Margarita de las Virgines, ſoror Maria de Santo Domingo.

In conuentu Incarnacionis de Bilbao, ſoror Petronilla de S. Pedro, y Tuyza, cum magna opinione virtutis, & exemplo pacientię.

In conuentu de Quixana, ſoror Maria de S. Felipe, ſoror Catarina de Sena, laica, octogenaria.

*Suffragia pro Viuis.*

¶ Pro Catholico, & inuictiſsimo Rege noſtro Philippo IV. & Regina, omnique prole Regia, Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimo D. D. Ludouico Mendez de Aro, totius noſtræ Religionis magnifico benefactore, Q.S.V.M.

Pro Illuſtriſsimo Epiſcopo Siguntino, ob ſingularē amorem, & munificentiam, erga noſtrum ordinem. Q.S.V.M.

Pro Excellētiſsimis Ducibus de Lerma, noſtræ Prouinciæ patronis, & ſingularibus benefactoribus noſtris Q.S.V.M.

Pro

Pro Excellentiſsimis Comitibus de Benauente, ac tota familia Benauentana, ob ſingularem affectum ad ordinem noſtrum, Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimis Marchionibus de Aſtorga, ob ſpecialem beneuolentiã ad noſtrũ ordinẽ, Q.S.V.M.

Pro nobili ciuitate Taurenſi, vbi benigna liberalitate, hoc noſtrum Capitulum receptum eſt; & pro quibuſcumque benefactoribus noſtrę Prouinciæ, & Capituli, Q.S.V.M.

Pro fœlici ſtatu ordinis noſtri, & huius Prouinciæ incremẽto: Pro R.A.P.N. Vicario Generali: & pro Illuſtriſsimo Archiepiſcopo Hiſpalenſi, fr. Petro de Tapia: & pro Illuſtriſsimis D.D. Epiſcopis Segouienſi, & Legionenſi, ex ordine noſtro aſſumptis, Q.S.V.M.

*Suffragia pro defunctis.*

¶ Pro Beatiſsimo Papa noſtro Innocentio X. Q.S.V.M.

Pro Catholico Phillippo III. Rege noſtro, noſtri ordinis benefactore; & pro Regina Domina noſtra Eliſabetha de Borbon; & pro cæteris Catholicis Hiſpaniꝫ Regibus, Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimo, & Eminentiſsimo Duce Cardinali de Lerma, huius noſtræ prouinciꝫ ſpeciali patrono, & totius Religionis benefactore vniuerſali, Q. S. V.M.

Pro Eminentiſsimo, & Reuerendiſsimo Cardinali, fr. Dominico Pimentel, Q.S.V.M.

Pro fratribus, & ſororibus noſtris defunctis à præcedenti Congregatione: & pro omnibus benefactoribus noſtris, Q.S.V.M.

Concedit R. A. P. N. Vicarius Generalis, omnibus fratribus, & ſororibus huius prouinciæ, quod expoſitũ aliàs confeſſorem, ſemel tãtum eligere valeant, à quo de

de præteritis caſibus, & cenſuris, quas vſque ad præſentium notitiam incurrerunt, abſolui queant, ſicut poterant ab ipſo R.A.P.N. Vicario Generali.

Sententias iudicum approbamus; & omnem auctoritatem noſtram definitiuam reſeruamus, vſque ad feriam tertiam incluſiue: & aſsignamus congregationem futuram celebrandā Anno Dñi. 1657. Dominica *Deus qui errantibus*. Die 22. Aprilis, in Conuentu noſtro S. Dominici Benauentani. Et his Actis impræſis, & manu R.A.P.N. Vicarij Generalis, ſigillo munitis, omnimodam fidem adhiberi volumus. Datis in noſtro Conuentu S. Ildephonſi Regalis Taurēſis, die 23. Aprilis, Anni 1655.

*Fr. Andreas Carrillo, M.*<br>*Primus Diffinitor.*

*Fr. Petrus de Godoy, M.*<br>*Secundus Diffinitor.*

*F. Martinus de Cabeçō, M.*<br>*Tertius Diffinitor.*

*F. Petrus de Balbuena.*<br>*Præſentatus, Quartus Diffin.*

